paruerunt se ad annibalem transtulerunt. Annibal ro
manis optulit ut captiuos redimeret. responsumque est
a senatu eos ciues non necessarios. qui cum armati essent.
capi potuissent. Ille eos uariis postea suppliciis inter
fecit. et tres modios anulorum aureorum cartaginem misit. Tres modii anulorum
quos ex manibus equitum romanorum senatorum et militum detraxerat.
Interea in spania frater annibalis astrubal remanserat.
cum magno exercitu ut eam totam affris subigeret. A duobus
scipionibus romanis ducibus uincitur. perdidit in pugna
xxx v. hominum. ex his capiuntur decem milia peditum. et
iiii. equitum. uiginti elefanti.

Anno quarto postquam ad italiam annibal uenit. M.
claudius marcellus consul apud nolam ciuitatem campa
niae contra annibalem bene pugnauit.

Annibal multas ciuitates romanorum per apuliam cala
briam britiam occupauit.

Quo tempore etiam rex macedoniae philippus ad eum legatos
misit. promittens auxilium contra romanos sub hac condi
tione ut deletis romanis ipse quoque contra grecos ab anni
bale auxilia peteret (vel acciperet). Captis igitur legatis philippi et
re cognita romani in macedoniam M. ualerium leui
num ire iusserunt. In sardiniam titum manlium torquatum
proconsulem. Nam etiam et sollicitata ab annibale romanos
deseruerat. Ita uno tempore quattuor locis pugnabatur.
In italia contra annibalem. In spaniis contra fratrem eius astru
balem. In macedonia contra philippum. In sardinia contra sardos.
et alterum astrubalem cartaginensem. Is a tito malio
proconsule qui ad sardiniam missus fuerat uiuus est captus.
occisa cum eo duodecim milia. capti mille quingenti.
Et a romanis sardinia subacta. emilius uictor capti
uos et astrubalem romam reportauit. Interea etiam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_927/0107
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG